¶ Quid de Abrahā 7 aliis sanctis veteris testamenti qui videntur mentiti fuisse? R°o. fm Tho. vbi s Sicut Aug. dicit in sacra scriptura inducuntur aliquoꝝ gesta quasi exēpla pfecte virtutis de quibus non est extimandum eos fuisse mentitos Si q tamen in eorū dictis appareāt q mēdacia videant intelligendū est ea figuraliter 7 prophetic fuisse dicta. habraā tn ut Aug. dicit in. q. Gen. dicēs Saram esse suā sororē3: vitatē voluit celare 7 nō mēdaciū dicere. Soror. n. dr quia filia patris. Gene. 20 Uere sorō mea est filia patris mei et non matris mee. quia. s. ex pte patris ei attiebat. Jacob vo' mystice dixit se eē Esau priogenitus Jsaac quia v3 primogenita illius de iure ei debebantur. Usus āt ē hoc mō loqndi per spūm prophetie ad designdu3 mysteriū: q2 v3 minor ppls. s. gētiliū substituendus erat i locū priogēiti. s. in locū iudeorū Quidam vero comēdant i scriptura nō propter pfectā vtutē sed propt q3dam virtutis indolem. 7 hoc modo Judith laudatur. nō q2 mētita est Holofērni: sed propt affectum quē habuit ad salutē ppli pro qua piculi se exposuit: q3uis etiam dici possit q vba ei9 vitatē hñt fm mysticum intellectū.

¶ Utrum mendacium obstetricum fuerit dignum aliqua remūeratiōe? R°o. fz Th. fa fe q. 110. Mendacium obstetricū

potest dupliciter ꝯsiderari. Uno modo q̃ztū ad affectum beniuolētie in iudeos ꝛ reuerentiā diuini timoris. ꝛ sic debet̃ eis remuneratio eterna. Un̄ Hieroꝰ exponit ꝙ deus edificauit illis domos spirituales. Alio modo pōt considerari q̃ztum ad exteriorem actū mendacij quo quidem non potuerūt eternā remunerationem mereri: sꝫ forte aliquā remunerationē temporalem cuius merito non repugn̄t deformitas illius mendacij sicut repugnabat merito remunerationis eterne. Et sic intelligenda sunt verba Greg. cum dicit ꝙ benignitatis earū merces que eis potuit in eterna vita tribui premissa culpa mendacii i terrenam ē remūerationem declinata. unde non intelligitur ꝙ illo mēdacio mereretur amittere remunerationem eternā quā iā ex precedenti affectu meruerāt. Con. Pe. De his qui promittūt aliquid ꝛ non faciūt: uide infra promissio. Et etiam si iurauerit. uide supra iurare. §. 9. ꝛ iuramētuꝫ .i. §. 6. Item quādo quis mentitur de se: uide supra iactātia. §. 1. ꝛ. 2. ꝛ supra ironia. §. 1. ꝛ. 2.

Mercator. Mercatores siue nūmularii ꝛ campsores ꝛ huiꝰ ī multis ꝛ diuersis contractibꝰ vtuntur siue in emēdo: siue ī recipiēdo pecuniā: in quoꝝ contractibus facile contingit eē usuram. vn̄ uide infra usura. precipue vsa. 3ᵒ. ꝛ vsa. 6ᵒ. ꝛ uide. i. societas. per totum.

Meretrix. Preciuꝫ meretricis dicit̃ illicite acquisitum. Et quid debeat vel possit idem facere. v. d. supra elsyna. i. §. fi. Item ꝙ non licet donare meretrici vide supra donatio. pᵒ. §. 3.

Meritum. Utrum vnꝰ ꝛ idem actus possit esse meritorius ꝛ demeritorius: siue bonꝰ ꝛ malus? R̄o. ſm Tho. secūda secunde. q. 20. Si accipiatur vnus actus prout est in genere moris: ipossibile est ꝙ sit bonus ꝛ malus boītate ꝛ malitia morali. si tamen sit vnus vnitate nāe ꝛ nō unitate moris pōt esse bonus ꝛ malus. Ambulatio enim cōtinua ē vnus actus ſm genus nature. Potest tamē contigere ꝙ sint plures secundum genꝰ moris si mutetur ambulātis volūtas. que est principiū moralium actuū. Idē. Pe. De quibusdam operibus meritoriis quid ꝛ q̃ztum per ea fiat de satisfactio. habes infra satisfactio.

28

Metus. Quid sit metus? R. Metus est instantis vel futuri periculi causa iuste mentis trepidatio. ff. e. l. i.

Sed nunquid est metus qui cadit in constantem virum? R. Quadruplex est. primo videlicet metus mortis. secundo cruciatus corporis. ex. e. cum dilecti. tertio metus stupri. et quarto servitutis ff. eo. nec timorem. et l. isti quidem. §. i. et. 2. Con. Tho. et Al. addendo quod non differt utrum predicta quattuor fiant sive in persona nostra sive liberorum sive uxoris. De predictis quattuor sunt versus. Excusari metus hos posse: puta quod nescis. Stupri sive status verberis atque necis. Quod vis vel metus impediant matrimonium: habes supra impedimentum. io. Sed utrum metus excuset a participatione excommunicati habes supra excommunicato. 6. §. i. De materia etiam metus habes. i. uis.

Militia. Utrum sit peccatum? R. secundum Al. Militia secundum se non est illicita sed abusus. Qui licet multipliciter possit fieri: tamen in tribus precipue consistit. primo videlicet in percussione inocentium 2° in exactione imoderati salarii. 3° in exercitio imoderato vel indebito. puta si fiat ad ostentationem virium cum nocumento aliquorum: sicut sunt torneamenta. sive pugna singularis inter socios bastarum lancearum et huiusmodi. Sunt tamen quedam exercitia eis licita. ut que nulli sunt nociva sicut cursitationes equorum et versationes: ars percutiendi et defendendi: et proiciendi tela et huiusmodi. unde et david precepit ut docerent filios israel arcum. i. artem sagittandi. 2. Reg. i.

Miserabilis persona. Mirabiles persone secundum Host. sunt cecus. pauper. pupillus. vidua et huiusmodi.

Missa. An quotidie debeat celebrari missa? R. secundum Th. i. 4. dis. i3. Dicendum quod secundum Inn. quinque de causis oportet quotidie celebrari. prima quia oportet semper medicinam paratam esse contra quotidiana peccata. secunda ut lignum vite sit semper in medio paradisi. tertia ut nobis semper christus uniatur sacramentaliter: et nos ei spiritualiter. quarta ut apud nos fit iugis memoria passionis. quinta ut uero agno loco typici quotidie utamur quem in dei ad vesperam convertendi esurient secundum illud ps. Convertantur ad vesperam et famem patientur etc.

Utrum missa debeat solum dici in die? R. secundum Tho. ubi supra. Loquendo de missa dici in die et non

in nocte. q2 hoc sacr̄m ad tp̄us gratie pertinet qđ per diem significat̄ fm illud apl̄i Ro. 13°. Nox precessit dies āt apropiq̄uit. Dies āt iudicatur nō soluz ab ortu solis: sed ex quo incipiunt oriri solis signa manifesta p aliquā aeris illustrationem. In duabus āt noctib9 missa đ cantatur pp priuilegiū illaruz noctium. s. in nocte natiuitatis qñ christus natus est ⁊ in nocte resurrectiōis in primitiua ecclesia. ut pz ex oratione. De9 q hanc sacratissimam noctē quāuis hoc nō semp oport at obs uari. Et addit hic Guil. Credo q̄ qui scient̄ celebrat añ diez cū sit cōtra cōsuetudinē generalē ecclesie mortalit̄ peccat: nisi super hoc p ep̄m dispēset̄ in cāu si aliquis infirmaret̄ ad mortē ⁊ ñ possit alit̄ hr̄i eucharistia.

¶ Qua hora debeat missa celebrari? R̄o fm Tho. ubi supra Solēnis misse celebratio trib9 horis instituta est fieri. s. in tertia diebus festiuis. de cōse. di. i. nocte. In sexta dieb9 pro festis. In nona dieb9 ieiunioruz de conse. di. i. solēt. Nam i missa recolitur mors christi: qui quidem hora tertia crucifixus est linguis iudeoꝝ: hora sexta manibus militum: hora nona expirauit sed quando fiunt ordines potest missa cantari fm canones etiā post nonā. Uel ēt dicendum q̄ ut diligētior fiat preparatio missa differt̄ q̄ztuz differi pōt ante prandium. ⁊ iō quando non est dies ieiunij celebratur inter tertiā ⁊ sextaz i q̄ hora cōiter cōmedit̄. Sz in diebus ieiunii in nona. Priuate āt misse dici possūt a māe usq3 ad tertiā vel etiā usque ad nonā in dieb9 ieiunioꝝ de ɔse. di. i. necesse.

¶ Quid de illis qui nōdum dictis matutinis celebrant? R̄o. fm guil. mortalit̄ peccant cum hoc sit cōtra generalē ⁊ approbatam consuetudinē. Idē Hosti. Qui āt celebrat añq̄z dicat primā ñ peccat mortalr̄ nisi sit cōtra preceptū vel statutū.

¶ Ubi debeat missa celebrari R̄o fm Ray. In eccl̄ia ɔsecrata si fieri pōt: uel saltē in altari cōsecrato. uel si non sit altare consecratū hēat̄ saltē altare puulū de quo dictuz ē s̄ altare. §. i. Et pōt ēt celebrari sub diuo vel i tētorijs. vel ēt in loco exercit9 hōesti. dū tñ hēat̄ altare ut dictū est et cetera necc̄ia de ɔsec. di. i. c. i. circa fi. ⁊. c. concedim9 ⁊. c. missarū. Non tñ intelligendū q̄ liceat celebrari in mari l̄ fluminibus: ne nutante naui si at sanguis effusio vel sacri cō-

motio.. Introitus tñ misse potest ibi dici. Hec fm Guil. et ẽt attendendũ, ẽ ꝙ predicta fiant de ꝑmissiõe epĩ: ut in. c. missaꝝ ꝛ sine preiudicio parrochialis sacerdotis ut notatũ ẽ ŝ altare §. 1.

¶ Utrꝫ vno solo pñte vl' siñ lumie possit missa celebrari? Rñ o fm Hosti. Quãuis ecũdũ illd qd hr̃ d ɔse. di. i. h quoqꝫ duo debeãt eẽ presentes qui sacerdoti respõdeãt. tñ vn⁹ sufficit. ar. ex̃ de vbo. sig. quesiuit. prio responsio. Mulier ãt psbyto in missa ministrare nõ põt immo nec pallas nec vestes contingẽ ut ŝ femina. §. 2. Sine lumie vero ñ lꝫ celebrare ex̃ de celebr̃. mis. c. ul.

¶ Utrũ sit melior missa boni sacerdotis. q̃ꝫ mali? Rñ o. fꝫ Th. in. 4. di. 13. De missa possum⁹ loqui dupliciter. Aut q̃ztũ ad id qd est eẽntiale in ea. s. corp⁹ christi. ꝛ sic a quocũqꝫ dicatur equalit̃ bona est: uel q̃ztuꝫ ad id qd est ãnexum sacro ꝛ quasi secundariũ: ꝛ sic missa boni sacerdotis melior est. qꝛ nõ solũ habet efficatiã ex ꝑ ogatore: sed etiam ex deuotiõe celebrãtis. ꝛ ideo ceteris parib⁹ meli⁹ est audire missã boni sacerdotis. Id Pe. ꝛ etiã Al. addẽs: ꝙ iõ dicitur ceteris parib⁹: qꝛ obedientia posset cogere audire missaꝫ mali ꝛ sic esset melius. qꝛ obedientia melior est q̃ꝫ victima. Quid si malus sit propri⁹ sacerdos: an debeat eius missa audiri. habes ŝ. clericus. 3. §. 2. Et an ab eo sacr̃a recipienda sint habes infra. ordinatus. prio. §. 3.

¶ Quid si sacerdos celebrãs infra canonẽ recolit se cõmisisse aliqd mortale? Rñ o. fm Ray. Credo tutiorem esse viã vt peniteat ꝛ doleat ꝙ ita tarde penitet ꝛ proponat cõfiteri. q̃ꝫ cito habuerit oportunitatẽ ꝛ sic conficiat ꝛ sumat. Idem Tho. Pe. ꝛ Al.

¶ Utrũ liceat omnino sacerdoti a celebratione abstinere? Rñ o. fm Tho. in. 4. di. 13. Licꝫ quidã dixerũt ꝙ qui dimittũt celebrationẽ nõ peccãt nisi populũ hẽant vel ex obediẽtia teneant̃. tñ qꝛ ut Greg. dicit cuꝫ crescũt dona ẽt rõnes crescũt donoꝝ. iõ cũ sacẽdoti sit data ptãs nobilissia re⁹ negligentie erit nisi illa vtatur ad honoreꝫ dei ꝛ ad sa utem suam ꝛ alioꝝ viuorũ ꝛ mortuoꝝ. fm illud. Petri. 4. vnusq̃sqꝫ sicut accepit grãm in alterutrum illam admistrãtes, ꝛc̃. Nisi forte ex ãsiliari istictu spũs sci dimit

teret. Unde ⁊ sacerdotibus pre
ceptum ē. Hoc facite in meam
cōmemorationē. Idē Tho. in
3. pte. q. 82. ⁊ addit ꝙ celebrare
tenetur saltem in precipuis fe/
stiuitatibus ⁊ marie etiam in il
lis diebus in quibus fideles cō
municare consueuerunt.

¶ Utrū liceat vni plures mis/
sas celebrare ī die? R̄o s̄z Ray.
Non licet. Nā ⁊ valde felix est
qui vnā digne celebrat: ex̄ d̄ ce
le. mis. te referēte ⁊. c. ꝯsuluisti
⁊ de ꝯse. di. i. sufficit. Excipiun
tur isti casus. Unus ī die nati/
uitatis domini in quo pōt cāta
re tres. Alius si necesse fuerit v
nam missā dicere de die ⁊ aliā
pro defunctis: ne destinguo si
ue defunctꝰ sit pn̄s siue non ni
si sit contra cōsuetudinē loci ap
probataꝫ vel cōstitutionē. Ter
tius est propter necessitatē pe/
regrinorū cōmeantiū ⁊ īfirmo
rum: ⁊ forte propter necessita/
tē nuptiaruꝫ. Et propter aliqd̄
predictorū non celebret vltra
duas. nec in prima sumat per/
fusioneꝫ: vt supra. eucharistia
. 3. §. i. Con. Hosti. ⁊ addit casū
. s. quādo propter raritatē cleri
corū vel paupꝫtatē ecclesiarum
due ecclie comendātur vni.

¶ Utruꝫ debeat celebrari pro
paruulis defūctis? R̄o. s̄z Th.
in. 4. di. 13. Pro paruulis bap
tizatis missaꝝ solēnia celebran
tur non qꝛ eis prosint ad remis
sionem alicuius culpe. vel ad a
ugumentū glie: sed propter ali
as rōnes: tum propter solatiuꝫ
viuorū: tū ad ostendenduꝫ par
uulos ad unitatē corporis my
stici pertinere. dū idem modus
exequiarū seruatur in ipsis ⁊ ī
aliis. tum ad cōmendandū re/
demptionis mysterium: quod
in hoc sacramēto cōmemorat̄
per quod paruuli sine proprio
merito salutē eternā ꝯsequuntur.

¶ Quid si omittatur aliquid d̄
his que ad ritū celebrationis ꝑ
tinent? R̄o s̄m Tho. ⁊ Al. ⁊ oēs
theologos. Quilibet omittens
aliquid tale: puta tp̄s debitum
altare. vestes ⁊ huiusmōi: nihil
ominus cōsecrat si est ordinatꝰ
⁊ assit ītentio ⁊ debita mā ⁊ for
ma: sed grauissime peccat si sci
enter hoc faciat.

¶ Utrum hymnus angelicus
. s. gloria in excelsis deo. vl' cre
do. debeat decantari qn̄ missa
de beata uirgine ⁊ de spiritu sā
cto uel de cruce celebratur in
profestis diebus? R̄o s̄m Ray.
Non debet: licet propria prefa
tio decātetur ex̄ de cele. mis. cō
silium. Sed huic iuri ī multis
locis propter cōtrariā cōsuetu/
dinem derogatū est maxime ī
sabbato: qꝛ quodāmodo dies

solēnis ē deputat⁹ beate vgi.

¶ Utrū quilibet teneat audire missam? R̄o. f̄m Hosti. Die dominico quilibet tenetur ex precepto audire missam ⁊ totā ita ꝙ accipiat benedictionē sacerdotis: vt de cōse. di. i. missas ⁊. c. se. ⁊. c. oēs fideles. nisi excusent magna necessitate vt notatur. in dicto. c. missas. Qui autē die solēni pretermisso ecclesie conuentu ad spectacula vadit debet excōicari de conse. di. i. qui die. Et nō ꝙ dieb⁹ dn̄icis ⁊ festiuis interrogandū ē si parochianus alterius ibi sit qui cōtempto proprio sacerdote audire ibi velit. ⁊ si inuentus fuerit statim ab ecclesia eiiciatur ex̄ de paroch. c. 2.

¶ Utrū propter missam peculiarem vt de aliquo sancto: vel aliam debeat quis dimittere quin audiat missam propriam illius diei? R̄o. f̄m Guil. Si dies habet propriam missā quaꝫ ⁊ quis vł audire tenetur nō debet dimitti propter aliam: ex̄ de cele. mis. c. 2. Sed ꝙ quidā laicorum omni die uolūt missā de trinitate ⁊ de sanco michaele: ⁊ huius. non debēt hoc facere nisi suis dieb⁹: vt in p̄allegato. c. De oblatiōib⁹ que ad missam fiūt hēs. ī. oblatio. Et ibi ēt. §. fi. si cōfessor possit recipere pecuniam promissis quas ī penitentia iniunxit. Multa alia circa mām misse pn̄t colligi supra eucharista. 3°. per totū. ⁊ facit ēt. ī. suffragiū:

Mollicies. dupl'r dicitur. Uno° ē spēs luxurie ⁊ peccati ɔtra naturā. de quo s̄. luxuria. §. 1. in fi. Alio modo prout ē cōtrarium vitio ptinacie ⁊ v̄tuti perseuerātie. de quibus trib⁹ quid sint. Tho. s̄a s̄e. q. 138. māifestat sic. Sic̄ Isidor⁹ dicit ī li. ethymol. Pertinax dicitur q ē īprudent tenēs quali ad oia tenax. Et h̄ ēt dicitur ptinax eo ꝙ in proposito suo ad victoriā perseuerat Et tales phus. 7°. ethi. vocat fortis snie ⁊ proprie sentētie: q̄z .s. durāt in propria snia plus q̄z oꝫ. Molis aūt minus q̄z oportet qui a bono de facili recedit ⁊ nō perseuerat propter aliqua difficilia. ⁊ pp tristicias aliq̄s cātas ex defectu delectatiōis: ut dicit phs. Perseuerās autē tenet se in propria snia s̄ꝫ ꝙ oꝫ. Unde pꝫ ꝙ perseuerās laudat sicut in medio existēs. ptinax autem vituperat f̄m excessum mollr̄ āt f̄m defcm.

Monachus Utrū monach⁹ possit fieri canonicus secularis? R̄o. f̄m Hosti. Licet quidam

dixerint ꝙ sic dicẽdum tñ cuz do.c.fi.
Id ꝙ non.q2 non est arãdum cum boue ꝛ asino. Nec hoĩes diuerse professionis debẽt sic eẽ sil'.ex̄ de elec.cũ causã que i ter presbyterũ.

Utrum possit fieri canonicus regularis? R̄o. ſm Tho. sa se.q.189. Utraqꝫ religio.scili cet monachoꝝ ꝛ canonicorum regula iũ ordinat ad opera vite cõtẽplatiue inter que pcipue sunt ea que aguntur i diuinis mynisterijs ad que ordinatur directe ordo canonicorũ regu larium quibus p se ꝯpetit ꝙ sit clerici religiosi. Sed religioni monachorũ nõ per se ꝯpetit ꝙ sint clerici ut habet.16.q.i.ali a causa. Et iõ q̄zuis ordo mõachorũ sit arctiõis obseruantie: tñ si monachi eẽnt laici liceret eis trãsire ad ordinẽ canonico rum regulariũ:non aũt eꝯ ut 19.q.3.mandamus. Sed si mo nachi sint clerici sacris misterijs obsequentes habẽt id quod est canonicoꝝ regulariũ ꝛ cuz maiori arctitudĩe:ꝛ ideo licitũ erit trãsire de ordĩe canonicoꝝ regulariũ ad ordinẽ monacho rũ petita tñ licẽtia superioris ꝛ non eꝯ.19.q.3.statuimus.

Utrum liceat monacho habere locũ in dĩsis monasterijs R̄o. Nullo mõ licet ex̄ d̄ rlig. do.c.fi.

Utrũ monacho possit cõmitti regimẽ eccl'e secularis? R̄o. ſm Hosti. Dic cũ hug. Ber. et Goff. ꝙ monachus pot ab epo prefici in eccl'ia seclari cũ cõsẽsu abbatis.58.di.c.i.ꝛ.2.16.q.i.sic viu..ꝛ.c.se. Et intelligas dictum de ecclesiis que ad monachos pleno iure nõ ptinent: in quib' sine auctoritate epi nõ possũt monacho curã cõmittẽ nec monachũ pñtare iuito episcopo. Et sic intellige.16.q.i.p to. ex̄ de capel.mo.c.i. Sed uo lũtate episcopi hoc fieri potest Qđ si eps uelit ꝛ abbas nõ. habes supra abbas.§.plt. In ecclesiis aũt que ad monachos ptinent mero iure sufficit sola auctoritas abbatis ꝛ cõuentus. 16.q.2.uisis.vl' ẽt solĩ abbat' si ad ipsũ ptiet eccl'e prouisio.

Sed utrũ monachus:ut dictum est eccl'ie pfect' possit esse sine socio mõacho. Host. teriet ꝙ sic. Inno. ꝙ nõ Uterqꝫ hẽt motiuũ:ex̄ de sta.mo.ꝙ dei timorẽ.ideo dicendum videtur sicut in dicto.c.dicitur de cão nico regulari ꝙ debet hr̄e sociuz si cõmode pot fieri.ꝛ hoc melius ꝛ tutius est. Si vo cõmode non potest:tenc ꝙ Ho. dicit.

Utrum huiusmodi mona-

chus qui factus est rector ali/
cuius ecclie secularis teneatur
ad statuta sui ordinis? R. o. sm
Hosti. Si talis ecclesia pleno
iure ptinet ad monacho: pfa
tus monachus i ea remáet sb
iectus abbati: ꝛ seruabit oīa
sicut prius pter tria. s. ieiuniuꝫ
silentium ꝛ uigilias: que cōmo
de seruari nō pñt i ecclia secu
lari: ar. 43. di. sit rector. ꝛ. 16.
q. i. nemo pōt. Si uero ecclia ñ
pertinet ad monachos: sꝫ ad e
piscopos: tunc monachus insti/
tutus a tribus substātialibus ñ
absoluitur simpliciter naꝫ ꝛ cō
tinentiam seruare tenet. Ab o/
bedientia abbatis absoluitur q
dē ipso epī subiicitur qui de ce
tero erit abbas suus. Ipalia di
spēsabit ratiōe pmisse admini/
stratōis. Et si habet sociū mo/
nachum non excusatur ab esu
carniuꝫ: ex de sta. mo. cꝫ dei ti
morem. nisi sit infirmus: de cō
se. di. 5. carnem. vel nisi ipera
te epō qui abbas suus est. Si
aūt socium nō habet pōt se his
cum quibus viuit cōformare.
41. di. quisqs. extra d sta. mo.
recolentes. §. i. In omni tñ cāu
habituꝫ deferre debet: nec po
test temerarie dimittere aliter
eēt excōicatus ut s. excōicatio
i. §. 3. v. 13. Quod si fiat eps ad
quid teneatur vide. i. religio.
i. §. 6. qui incipit. vtrum religi
osus factus eps. ꝛ. §. se.

¶ Utrum ex contractu mona
chi obligetur abbas vel mona
steriū? R. o. sm Inno. Si mona
cho cōm issa ē admistratio ab/
bas ꝛ cōuentus tantū obligan
tur q̄ꝫtum administratio se ex
tendit. Si uero nō habet admi
nistrationē obligatur mōach⁹
sed nō tenetur soluere quia nō
habet vñ ex de solu. Odoād⁹.

¶ Sed quid de obligatiōibus
siue promissionibus ab aliquo
factis monacho vel abbati: nū
qd acqrunt mōasterio? R. o. sm
Inno. ꝛ Ho. ex ptractib⁹ initis
cū mōacho vl abbate obligat
qs mōasterio: qr pōt mōach⁹
mōasterio actionē acqrere: nō
tñ pōt obligare monasterium
ar. in Insti. de auc. tu. in princi
pio. Und q̄ꝫuis abbas siue mo
nasterium possit agere ñ tñ te
netur respondere nisi de eo
qd ad ipsum pertinet. Et licet
ois cōtractus prohibit⁹ sit mo
nasterio nisi iperāte abbate: ut
i2. q. i. non dicatis. ꝛ. 16. q. i. sꝫ
nonnulli. ꝛ. c. de presentiū hoc
intelligitur inq̄ꝫtum monaste
rium obligaretur. Sed obliga
to alterius ad monast riū pōt
per monachum acquiri. Silr
ꝛ possessio ēt per mōachū fugi
tiuum. ff. de acq. pos. l. i.

¶ Quid de reb⁹ ablatis mona
cho? R̷o. ſ̄z Inno. ⁊ Hosti. Si
res erant monasterij vel etiaꝫ
alteri⁹ ⁊ monasteriū ad restitu
tionē tenebat: tūc aget mona-
sterium. Si v̄o nō erant eius
nec de eis tenebatur monaste
riū: tunc aget ille q̄ dñs est re-
rum: ita tñ ꝙ si tales res erāt
deposite apud monachū: ⁊ ab
bas videt eas subtrahi: ⁊ faci-
le esset abbati eas liberare sa-
tis credit Inno. ꝙ abbas tene
atur depositi insolidū propter
dolū. Sꝫ si nō vidit: nec prohi
bere potuit nō tenetur etiaꝫ si
monachus eas abstulisset. q̄a
non est obligatus ex eius ma
leficio. ut in se. §. dr̄.

¶ Quid de maleficio cōmisso
ꝑ mōachum: vel abbatē? R̷o.
ſm Inno. ⁊ Hosti. Nō tenetur
monasteriū. q: delictū persōe
nō debet redundare in dānuꝫ
ecclīe: ex̄ de re. iur. delictum
li. 6. nisi q̄ztū ad monasteriuꝫ
ꝑuenisset: ⁊ in ei⁹ vtilitatē v̄suꝫ
fuisset. ar. 10. q. 2. hoc ius. De i
gressu monasterij hēs .ī. reli-
gio. 2. ⁊. 3. Iteꝫ. ī. novitius ⁊. ī.
votuꝫ. 4. Item de monachis
q̄ztum ad hobedientiam. īfra
obedientia. 4. Item q̄ztū ad
religionem. ī. religio per totū
De monacho apostata supra
apostasia. 5.

Monialis.

In mona-
sterijs mo
nialium non mendicantiū nō
debēt recipi nisi que possūt de
proventib⁹ monasterij absq̄ꝫ
penuria sustētari. Aliter nulla
esset receptio. ex̄ de sta. regu.
ꝑiculoso. li. 6.

¶ Omnes moniales debent
manere sub ꝑpetua mōasterij
clausura. nisi pro tali ⁊ tāto mō
bo ꝙ nō possent cū alijs absq̄ꝫ
ḡui ꝑiculo siue scādalo morari
ex̄ d̄ sta. reg. periculoso. li. 6.

¶ Quādo abbatissa vel prio-
rissa dꝫ alicui tēporali dño
occasione alicui⁹ feudi facere
homagiū vel prestare fidelita
tis iuramētum: nisi posset facē
apud ip̄m ꝙ per procuratoreꝫ
p̄stet: pōt exire cū honesta ⁊ d
centi societate: ⁊ p̄stito iuramē
to vestigio dꝫ reuerti: ita ꝙ in
fraudē residētie nihil fiat: vt i
predicto. c. periculoso. de sta-
tu. regu. li. 6.

¶ Dñi tp̄ales nō debēt abba-
tissas priorissas ⁊ alias monia
les hñtes officia monasterio-
ruꝫ permittere litigare coram
eis ne oporteat illas evagare
pro statuendis procuratorib⁹
Et si ipi dñi contrafecerint ꝑ
suos ordinarios cōpellāt. ut in
dicto. c. periculoso.
Iniungitur ep̄is et alijs p̄lat.

ꝙ negocia.et cās monialiū. fa ciant corā ipīs fieri et tractari ꝑ procuratorē eaꝝ siue sint ho magiū vel fidelitatis iuramen ta: uel quicquid aliud: ut in di cto. c. periculoso.

¶ Prelati tenētur ex precep to in omnib⁹ monasteriis mo nialiū etiam exemptis prouid re de clausura expensas mōa sterij: vel de elymis fidelium. Idē ꝑcipit abbatib⁹ et aliis i ferioribus prelatis quo ad mo nasteria sibi subiecta: ut in dic to. c. periculoso. Item eaꝝ mo nasteria ēt exempta uisitari de bēt s̄ exēpt⁹. §. fi. itē nulli inho neste nec etiā honeste persōe debet patere excessus vel igres sus ad moniales: nisi ex ratōa bili ⁊ manifesta cā: ⁊ de illi⁹ ad quē ꝑtinet lnia spāli. ut in. d. c. De electione que fieri hꝫ ꝑ mo niales habes s̄ electio. p⁹. §. vl timo. Ad māam monialiuꝫ pōt ꝑtinere quid possit sup eas ab batissa. Item quid prohibeat monialibus et ceteris femis s̄. femina.

Mortuus. De his qui impediunt sepulturam mortui vel funeri: ul' morienti iniuriant̄. uide ifra sepultura. §. i.

¶ Utruꝫ liceat spoliar̄ mortu os: R̄o. Non lꝫ: imo tales ſm leges grauissime puniūtur. ff. de sepul. uio. l. 3. §. aduers⁹ eos Nam et phs. 4. ethicoꝝ spoli atores mortuoꝝ latronib⁹ an numerat. si mortuus suscitare tur que sacramēta essent ab eo iteranda. uide. ī. sacr̄m. §. 5. de materia mortuoꝝ. hēs. ī. resu scitatus. et: ī. suffragium.

Mulier. Quod mulier̄s siue femine mr̄ ta nō possunt facere nec etiam contra eas fieri: habes s̄ femi na. Et de monialib⁹ supra mo nialis. et de mulierum ornatu infra ornatus.

Multitudo. Quid fiet cuꝫ peccat multitudo. uide s̄ correctio pri mo. §. fi

Munus. Triplex ē ge nus muneris Unde Grego. sup illud Isai. 33. Qui excutit manus suas ab omni munere dicit. Qd auteꝫ est munus a manu: aut ab ob sequio: aut a ligua. Munus a manu est pecunia. Et nomine pecūie intelligit̄ omnis res tē poralis siue mobil' siue imobil' i. q. 3. per totuꝫ. Munus ab ob sequio est seruitus idebite im pensa. Mun⁹ a lingua est fau ō i. q. i. sunt nōnulli. De secundo pleni⁹ habet̄. ī. simōia. i. §. i 4. qui incipit. Utrum munus ab

obsequio.

¶ Utrũ liceat per munera ad fidẽ trahere infideles? R̃o. ẜm Ray. Infideles ad fidē trahi possũt promissionib⁹ ⁊ muneribus. ar. 23. q. 4. debet homo. q. 7. ꝙ aũt. di. 45. qui sincera. ⁊ etiã per graviorẽ exactionem pensionũ i principio locatiõis. Nã postea nõ liceret. 23. q. 6. iã vero. Sꝫ addit h Guil: ꝙ non ideo dãda sũt munera. s. propter fidẽ recipiẽdã ex pacto: sed si vellẽt baptizari nisi timerent paupertatẽ inter christianos possint eis dari vel promitti. Item posset christianus infideli dare non propt̃ fideꝫ recipiendã: sed propter benivolentiã captandã: vt sic facilius eũ cõvertẽ posset. ⁊ h⁹mõi Ad hoc facit s̃ iudeus. 3. §. i.

¶ Utrũ aũt liceat p munera attrahere ad religionẽ. vide s̃ religio. 2. §. 2

Mutilare.

Utrũ liceat aliquẽ mutilare: habes s̃. homicidiũ p⁹. §. fi. Simil'r an liceat mutilare seipm hẽs sup̃ homicidiũꝫ. v. §. fi. Et de mutilatis siue a se siue ab alio: vide. i. vitiatus corpore. §. 2.

Mutuum

dicitur quia de meo fit tuũ. Et debꝫ dari mutuũ nihil inde sperando vltra sortẽ alit̃ esset vsura vnde vide mlta circa h⁹. i. vsura per totũ

Naufragus.

quicqd ex naufragio accipit̃: siue de ipã navi: siue de mari: siue de littore restituẽdũ ẽ. ff. eo. l. si qs ex navigio. Alit̃ nulla ꝯsuetudie statuto vel p̃cepto excusat̃ qs. qa furtũ cõmittit̃. ff. d acq. re. do. l. qua ratione i fi. C. de furt. l. meũ. Qui etiã ẜm leges si petatur. i. ãnnũ cõdemnabit̃ ad restituendũ q̃drupluũ: sed p⁹ ãnuꝫ in simplũ: ut in predicta. l. meũ ⁊. ff. eo. l. i. Secundũ etiã canones si is qui accepit res naufragorũ etiã esset ep̃s vel prelatus aut cleric⁹ dꝫ d̃põi. ex̃. d̃ accu. cũ dilecti. p⁹. Laicus vero nisi satisfecerit dꝫ excõicari i mo excõicat⁹ est: ex̃ de rap. excõicatiõi. Hoc intelligas nisi sint talia navigia q̃ piraticam tyrannidẽ exerceant. vel sint inimica nõi christião vel principi. C. de fur. i. auc̃. navigia.

¶ Quid si dñi terrarũ componant cũ naut aliquo ab eis recepto pro eo. ꝙ' securãt eos ꝙ si naufragant̃ nihil accipiẽt vl accipi permittẽt ab eis? R̃o. ẜꝫ Guil. Cũ al' debẽt hoc grat facere nõ licet aliquid ista de cã recipere ab eis. Nisi sicut i qui

bus'dā locis cōstituit φ quilibet accipit aliqd de ipo mari debeat inde certā modatā pōtionē habere.. Di⁹.n. statutum fit in favorē naufragoꝝ ad hoc φ homines magis studeāt pquirere res ipas ⁊ premientur de labore suo.

Negligētia. Utrū sit peccatū mortale: Rꝫo. fm Tho. secūda secunde. q. 54. Dupliciť pōt esse mortale. prio mō ex parte eius qđ pretermittiť per negligentiā. Qđ quidem si sit de necessitate salutis. siue sit actus. siue circūstantia erit pccm̄ mōtale. Alio modo ex parte cause Si.n. uolūtas i tantū sit remissa circa ea que sūt dei vt totaliter a charitate dei deficiat: taľ negligētia est pccm̄ mōtale. Et hoc p̄cipue cōtigit qñ negligētia sequiť ex cōtemptu: aliogn si negligentia ꝯtingat i pretermissione alic⁹ actus vľ circunstātie que nō sit de necessitate salutis: nec hoc fiat ex contemptu: sꝫ alio defectu feruoꝛ q im pediť interdum propter aliqđ veniale: tūc negligentia nō est mortale pccm̄: sed veniale. De negligētia iudicis laici ⁊ quō suppleať p iudicem eccľiasticū hēs ꝫ iudex. 2°. §. 6. De negligentia cōferendi bñficia ecclesiastica: hēs ꝫ. beneficiū. p°. §. 8 Et ibidē etiā de negligētia ... gendi vel prouidendi in eccľia cathedrali vel regulari.

Negociatio. Que sūt negocia illicita: ⁊ que nō: Rꝫo. fꝫ Ray. Illicita de sui natura sunt illa que sine peccato fieri nō possūt vt vsura simonia. furta. ⁊ adulteria. ⁊ huiusmōi. Et sūt hec oībus prohibita. 14. q. 4. nec h quoqꝫ. 1. q. 1. reperiunť. i fi. ex. de iureiuř. ⁊ si christ⁹. ꝟ. Que dā.n. prohibentur q: per se mala sūt. Quedā ꝟo nō sūt illicita ex sui nā. ut tutela cura ⁊ ōne exercitiū artiū mechanicha ꝝ vt textōie sutorie ⁊ similiū q̄ necessaria sūt vsui humano.

Utrum negocia que de se sūt licita possint eē illicita: Rñdeo secundum Ray. Possunt fieri illicita multipliciter. prīo modo quidem ex causa: ut quando fierent propter auaritiam s. propter improbam cupiditatem diuitiarum ⁊ non ad necessitatem: sed ad alium finem malum. Et secundum hoc prohibita sunt omnibus. 47. distinctione omnes. ⁊ capitulo sicut hi. 2° ex tēpore: ut si fiant dieb⁹ festiuis in quibus ab huiusmodi operibus cessandum est: ut iup̄ ferie. §. 7. ⁊ octauo

Item ex tẽpore sicut pñt dici iudicia inhonesta que fierent de nocte aut non clara die: ex de offi. del. consuluit. ff. de ori. iur. l. 2. §. et q2 magistratibus. 3[9] ex persona. q2. clericis et religiosis talia prohibita sunt. 2. Thi. 2[o] nemo militãs deo implicat se negociis secularibus Hiero[9]. di. 88. ¶ Negociatorez clericum et ex inope diuitem et ex ignobili gloriosũ quasi quãdam pestem fuge: ex ne cle. vl mo. per totũ. De hac materia habes adhuc. i. §. anplr. et plr. Laicis vero illa sunt cõcessa. dis. 86. peruenit. et Aug[9]. 88. di. Fornicari hõib[9] semp non lz. i. nunq̃z. Negociari aliquãdo licet. aliqñ nõ. Añ. n. quam aligs sit eccl'iasticus licet ei negociari: facto iã eccl'iastico nõ licet. 4[9] ex loco. q2 in loco inhonesto et suspecto nõ dz quis negociari seu cõuersari. ff. de arbi. l. si cũ dies. §. si arbit. 81. di. in oibus. 27. q. i. si quis sacro. Item quãdoqz sũt inhõesta ex loco propt loci excellentiã puta qñ in ecclia huiusmõi fierent: q̃ nõ est locus negociationis: sz orõnis. vñ et ipe dñs eiecit inde uendẽtes et emẽtes Math. 21. et Ioh. 20. et. 16. q. 8. et hoc diximus.

¶ Negocia quedã sunt q̃ sine peccato vix fieri possunt. d pe. dis. 5. negociũ. Et gratia exempli ponunt quinqz. i. cura rei familiaris militia. mercatio. procuratio. et administratio. d pe. dis. 5. qualitas. et. c. falsas. dis. 25. qualis. dis. 88. cõseqns hec Ray. Sz Hosti. addit dic. Adde sextũ qd quasi piculosi[9] est oibus. s. aduocatio. Sed et septimũ nõ dimittas. s. epatus officium quo nihil miseri[9] et piculosius si pfunctorie agatur. 40. dis. ante oia.

¶ Utrũ negociatores possint licite lucra recipere? R̃o. secũdum Guil. Cũ laborẽt pro omnibus et quasi cõe negocium in mercibus gerãt: possunt moderatum lucrũ accipere. Secus de imoderato: ex. de emp. et ven. c. primo.

¶ Quid d artificib[9] qui faciũt vel uendunt gladios sagittas balistas aut uenena et similia R̃o. ẽm Ray. Si propt hoc faciũt vel uendũt vt hõies hẽant talia ad habusũ: aut etiã si sciẽter vẽdũt illis seu donãt quos extimãt talibus abusuros mõtaliter peccãt. Et omnia peccata que inde sequunt eis imputant. xi. q. 3. pcipue. 27. q. 2. si tu abstines. 5. q. i. votũ. Si ãt tales negociatores dicãt se bonam intentionem habuisse: qa

credebāt q̄ emerent propter licitū usū. vel si nihil super h⁹ cogitabāt seu ignorabāt q̄ eēt illicitū: talia facere vel uēder̄ in omnibus dictis casib⁹ disti guo. q2 si ille res pn̄t esse utiles vt arma in bello iusto. aurifri/ gium adornamēta ecclīastica q̄dam etiā uenena ad aliquod medicinale vel cōtra alia no/ civa: q talia vendūt nō peccāt nisi forte probabiliter dictaret sibi cōscīa q̄ emptor rem q̄rit ad malū. Tūc. n. nō debz ven/ dere. 23. q. 5. de occidendis. et 5. q. 5. nō omnis. Si vero ille res ad nullū vsum sunt utiles nisi ad peccādū. tūc indubitāt̄ peccāt faciēdo tenēdo vēdēdo seu donādo aliis. 21. q. ii. c. i. ff. d cōtrahē. emp. q̄ sepe. §. veneni mali. q2 flagiciose rei nec em/ ptio nec mandatum: nec socie/ tas valere pōt. ꝛ omnia mala sequētia isti imputabūtur. q2 q occasionē dāni dat dānū de/ disse videtur: ex̄ de iniur̄. ꝛ dā da. si culpa. Cō. Th. Vo.

¶ Quid de his qui faciūt vel vendūt ornamēta mulieꝝ: aut sotulares pictos: aut vestes cū imoderata sūptuositate ꝯsutas Rō. fz Th. ȝa ȝe. q. 169. Quia mulieres pn̄t se licite ornare: vel ut ꝯseruent decentiam sta tus sui: vel etiā aliquid supad dere ut placeāt viris propriis. Ꝫ ꝯn̄s ē q̄ artifices talium orna/ mentorum nō peccāt in usu t. artis: nisi forte inueniēdo aliq̄ curiosa ꝛ superflua. vn̄ Criso/ us dicit super Matth. q̄ ab ꝫ te calceariorꝫ ꝛ textoru multa abscider̄ oportꝫ. Et. n. ad luxu riam deduxerunt necessitatem eius corrumpentes artem ma le arti ꝯmiscentes.

¶ Quid de factoribus taxilloꝝ schacorum alearum. ꝛ h⁹mōi? Rō fz Guil. Quia ludus taxillo rum vt frequentius peccatum mortale est. vt dictū ē s̄. ludus alee. §. 3. nō est licitum uiuere de artificio taxilloꝝ. Sed d̄ fa cientibus schacos ꝛ tabellas q̄ bus frequentius luditur ad sb leuationem tedii uel laboris n̄ videtur illicitū: vt supra ludus ꝛ iocus. §. 1. 2. ꝛ. 4.

¶ Quid de facientibus serta d̄ floribus in dieb⁹ festiuis? Rō. Nō credo eē excusabiles: quia preter periculuꝫ quod de faci li pōt cōtingē ex abusu h⁹ que sunt incitamēta vanitatis et la sciuie violatur obseruātia diei sacre in operādo. lꝫ posset eē la bor tam modicus ꝛ sine precio nec ad lasciuam intentionē: sed moderatam recreationem q̄ non esset peccatum aut nō mor tale sententia est Guil.

¶ Utrũ aliqua negociatio sit
clericis licita? R̃o. ṡm Ray. Si
clericus idigeat põt aliquo ho
nesto artificio sibi necessaria ac
quirere. dũ tamẽ propter hoc
non desit a diuinis officiis. dis.
91. per to. de cõse. di. 5. nunq̃z
extra de cle. vel mo. c. i. Itẽ po
test recipere possessiones exco
lendas ad quartã vel quintam
partem. et huiusmodi: seu cõducere ip/
sas ad sustentationẽ suam et su
orum: ar. di. 86. peruẽit in ver
bo auaritie cã. Et di. 91. cleric⁹
Satis con. Hosti. Potest etiã
locare animalia vt oues et bo/
ues. ad certũ fructum dũmo/
do per contractũ q alr̃ sit licitus
vt et Guil. dicit addens q etiã
põtemere rem vt eam melio/
ratã carius vẽdat: vtputa pul/
lum equum nutriẽdo. vel si ta
bulã emat vt faciam imaginez
Nam i talibus non est negoci
atio sed artificium vt notatur.
14. q. 4. canonum de pse. di.
v. nunq̃z ex̃ ne cle. vl̃ mo. c. i.
¶ Que pena clicorum q alr̃ nego/
ciis secularib⁹ se inmiscẽt? R̃o.
Debet excõicari. extra ne cle.
vel mo. sub intermiatione. et si
non se correxerunt debẽt depo
ni. di. 91. clic⁹. ex̃ ne cle. vl̃ mo.
sed nec. Ita tamen q religiosi
districti⁹ q̃z alii puniãtur: vt in
dicto. c. sed nec. In foro aũt pe
nitẽtiali dz eis iniungi vel saltẽ
cõsuli vt ea q̃ contra formã p̃dic/
tã lucrati sunt studeãt paupib⁹
erogar̃. 14. q. v. q hẽtis. Circa
negocia clicorum plã hẽnt s̃ cle
ricus. 2⁹. Itẽ ad mãm negocia
tionis pertinent plura que ha
bentur s̃ emptio. et ĩ. usura. 3

Neophitus quis dicatur? R̃o. ṡm Ray. Neophi/
tus dicit̃ nouellus i fide. a ne
os quod est nouũ et phitos qđ
est fides. 48. di. qm̃. Item ne
ophiti dicũtur nouelli i religio
ne. di. 48. sic̃ Idem Hosti.
¶ Quare neophiti prohibent̃
ordinari? R̃o. ṡm Ray. Causa ẽ
duplex. Una causa ẽ ne icidãt
in superbiã putantes q fides
christiana siue religio multum
eis indigeat. 48. dis. §. i. et c.
qm̃. Alia causa est q2 non sunt
experti status ecclie vel religi
onis nec sciũt modos persona
rũ Itẽ nõ ieiunauerũt nec fle
uerũt nec probauerũt nec pro/
bati sũt: vt i dicto. §. i. et c. qm̃.
Uñ tales nec ad minores ordi
nes promoueri debẽt: imo nec
tõsurari: ar. 19. q. 3. monasteri
js. Satis con. Goff. et Ho. De
neophitis in religione. vide in
fra nouitius.

Notorium qd sit? R̃o ṡm Ray.

Notoriū aliud iuris: aliud facti. Notoriū iuris ē de quo quis canonice ē cōdēnatus: vl' in iure confess⁹: vel legitie ꝯuictus xv. q. v. p̄sbyter ꝛ. q. vltia. si qs p̄sbyter ꝛ. c. sciscitantib⁹. ꝛ. q. 6 si quis appellat. §. sūt ꝛ quoꝝ ex̄ de coha. cle. et mu. vr̄a. ꝛ. c. q̄situ. Notoriū vͦo facti ē cū popul⁹ ē testis et dissimulatōni n̄ ē loc⁹. 6i. di. i. sacerdotibus i fi. ex̄ de coha. cle. ꝛ mu. tua. ff. de ri. nup. l. palā. in pri⁹. Et h⁹ itelligit̄ siue sit crimē notū oi b⁹ q sūt in illo loco. s. uilla uel prochia. siue maiori pti et tale notoriū iteꝝ sbdiuidit̄ qꝛ aliud ē notoriū facti act⁹ durāt' ut cū qs tenet adulterā publice i domo: siue ēt ꝯcubinā. Aliud ē notoriū facti trāseūt': vt cū aliqs publice hominē interfecit. Sꝫ ꝛ ē tertiū notoriū facti presumpti: ut si aliqs publice habitus ē pro filio uel affine: ꝛ h⁹ i. ³ In notorio igit̄ iuris exigit̄ qn̄qꝫ probatio cōtra negantē. extra de sen. ꝛ re iudi. sicut in notōio vͦo facti n̄ reqrit̄ ordo iuris q al' ēt regulari t̄ obseruandus ē extra de iureiurā. ad nostram secundo. Euidentia nanqꝫ patrati sceleris non indiget clamore accusatoris. extra de accu. euidentia:

NOuitius. Utꝝ impubes. s. āte .14. annū possit itrare religionē: ut s t ibi nouitius? R̷o. Talis quidē potest offerri a parētib⁹ si ip̄e consentit. 20. q. i. puelle. Et nihilomin⁹ q̄ꝫ cito peruenerit ad perfectā etatē. scilicet ad. 14. annū potest egredi. 20 q. 3. p̄ns ex̄ de regu. cum sim⁹. Qd̄ si talis ipubes propria volūtate intrat. pōt exhi a patre: vel tutore. 20. q. ꝛ. puella.

¶ Utꝝ nouitio igredieti religionē sufficiat ꝙ attigerit .14. annū? R̷o. Nō sufficit: sed oꝫ ꝙ pfecerit: ut expresse hr̄ ex̄ d regu. ad nostrā. in tex. et glo. ꝛ. c. significatū. Al' pōt repeti ut i p̄cedēti. §. dictū est.

¶ Sed utꝝ sufficiat si malitia suppleat etatē? R̷o fꝫ Ray. Sufficit ex̄ de regu. postulasti. Sꝫ h⁹ nullo⁹ ē uerū sicut expresse nōt. 20. q. i. in sū. q. Et idē pōit Io. an. de reg. eos. in cle. Qd̄ autē Ray. dixit ꝙ sufficiebat si malitia suppleret etatē. verum dixit suo tp̄e. s. qn̄ fecit sūmam ꝛ currebat prior cōpilatio decretaliū: sꝫ hodie de ip̄a dcreli postl'asti vba illa sbtracta sīt.

¶ Qd̄ ē tp̄s probatōis i nouitio? R̷⁹. sic ex p̄dict' pꝫ ē. 15⁹ ann⁹. nā cū non possit igredi nisi completo. 14. anno: ut in. ꝛ. §.

dictũ est. seqꝛ ꝙ tunc incipiat
ann⁹ probationis. Et hoc etiã
ipm expresse tradit. Jo. an. ex̄
de regu. bñficium li. 6. ⁊. c. is
q. eo. libro. Sed et hoc ratiõa
bile est. qꝛ tp̃s probationis da
tur ad probandum austeritatẽ
religionis. ut ex̄ de regu. ad
apostolicã. Inť quas p̃cipua ẽ
custodia castitatis quam cõiť
loquendo non est aptus antea
probare. ⁊ iõ si. i. dcm̃ tp̃s ge/
status fuit habit⁹ qui nec scis/
sura nec colore distiguitur ab
habitu professorum non prop
ter hoc inducit tacitã professio
nem. Secus si talis habit⁹ p⁹
dictam etatem gestatus fuerit
qꝛ professionem inducit: ut in
cle. eos de regu.

¶ Que pena si quis ante legi/
timũ tp̃s probationis nouitius
recipiať ad professionẽ? R̷o in
ordinibus mendicantiũ illi q
reciperent incurrerent tripli/
cẽ penam. prima ẽ qꝛ peccarẽt
mortalr̃ eo ꝙ agũt contra id
quod preceptũ est in ṽtute obe
dientie ⁊ sub pena excõicatõis
s̃a pena est qꝛ oẽs q recipiunt
sunt suspensi a receptione cui⁹
cũqꝫ ad professionem. tertia ẽ
ꝙ a suis fratribus debent pũi/
ri pena que solet infligi pro cl̃/
pis grauibus. hñť hec ex̄ de re
gu. non solũ. li. 6. ⁊. c. constõeꝫ

Ille quoqꝫ qui sic recept⁹ fuit
lꝫ secularis eẽ non possit: non
tñ est alligatus ipi ordini p il/
laꝫ professionẽ. In aliis ṽo or
dinibus professio expressa uel
tacita põt fieri licite infra ãnũ
⁊ si fiat expresse etiã secl̃ari ha
bitu non mutato illi religioni
precise obligatur quaꝫ profes
sus est. Si vero fiat tacite. s. p
susceptionẽ habitus professos.
tunc infra annũ non obligatur
illi religioni. spãliter: lꝫ genẽa
liter religioni: dũmõ recipiẽs
sit etatis apte. et si fuit sciens ⁊
uolũtarius et si in illo habitu
⁊ voluntate triduo' perseuerat
ex̄ de regu. cõstõem li. 6.

¶ Pone ꝙ nouiti⁹ apte etatis
fuit in aliqua religione mendi
cantiũ per tres menses postea
exiuit: et post alios tres mẽses
reintrauit: nũquid primi tres
menses debẽt cõputari ad an/
num probationis? Ro fꝫ Boni
contrum doctorem decretorũ
filium Jo. an. in quadam qõne
disputata. Dicendũ ꝙ non. nã
constat ꝙ iura statuerũt annũ
ad probandum regulares au/
steritates. ut ex̄ de reg. ad apo
stolicã. sed regularis austẽitas
pro sui maxima parte in conti
nuatione consistit. Nam aliqs
posset faciliter ieiunare siue ab
stinere uno die vel mense qui

29

forte non posset continuare:iõ ad veram probationẽ cõtinuatio requirit̃. Nã alr̃ eẽt probatio si qs vno mẽse staret i ordine:ꝛ vno i seculo ꝛ postea iterũ uno i ordie ꝛ uno i seculo:ꝛ sic faceret p annũ ꝛ hꝰi. Preterea cũ tex indiffinitiue loq̃t̃ dicẽdo austeritates vniuersaliter ipas cõphendit. ut nõ. per Dy. de regu. iu. in rubrica.

Ponamꝰ ergo ꝙ intrauit i ianuario et exiuit in carnispriuio. deinde reintrauit in pasca sip̃mi mẽses cõputabũt̃ ei nihil probauit de quadragesima. ꝛ silr̃ dicã de aduentu vel d̃ hyeme seu estate. i quibꝰ anni p̃tibus uarie sũt religiõis austeritates. Pret̃ea qñ iura loquũt̃ de annali spacio de cõtinuo intelligẽdũ est. ut nõt̃ p. d. p̃rem meũ de elec. c. i. li. 6. Et est etiam tex. eo. li. ꝛ. c. cupientes. §. certũ. ad hoc ẽt facit qd̃ notat̃ ff. de his q no. infa. l. genero. ff de diuer. ꝛ tẽp. p̃scrip. super rubrica. Jtẽ ꝙ iura dicũt ꝙ quelibet p̃scriptio ita ipedit̃ p actũ ꝯtrariũ ꝙ necesse ẽ aliã icboari:ut ex̃ de p̃scrip. audit; cum silib꞉. Pret̃ea cãus vr̃ legis q̃ dicit ꝙ ille fuꝰ vr̃ cẽ vet̃anꝰ ga ãno cõtinuo seruiuit. ille ãt vr̃ nouitiꝰ q nõ fuiuit anno continuo. ut. ff. de pub. l. fi. §. quotiens. Nec ẽ ꝯtra qd̃ nõt̃ p Spe. i rubrica de statu regu. Nã errore scriptoris thema eius mutatũ fuit. Cãus. n. speculatoris ẽ qñ qs itegro probatõis anno i mõasterio stetit:ꝛ añq̃ȝ professionẽ faceret exiuit ꝛ postea rediit. utꝛ probatõis annus sit ei de nouo cõcedẽdꝰ. Et tenet ꝙ nõ. Qui cãus a nr̃o multũ diuersus ẽ. Et ꝙ spe. talẽ casũ posuerit duplr̃. pȝ prio q2 dic̃ ipaȝ qõem cẽ Bar. brix. in venerabilibꝰ. et ẽt eꝰ vba in r̃ñdẽdo scribit:cũ tñ ibi Bar. nihil de nr̃o cãu:sed nũc de dicto loq̃t. secũdo q2 ipe Spe. probat solutõeȝ illã per. c. fr̃nitatis. 34. distinctione. Quod. c. de nostro cãu nihil penitus dicit.

¶ Utrũ qui uult itrare religionẽ ut sit ibi nouitiꝰ. si locꝰ nõ põt ei prouidẽ de uestibꝰ et suis necessitatibꝰ possit hac occasiõe tollẽ alr̃i ut sibi prouideat ℞o qui rẽ accipit cꝰ nõ ẽ dñs male fac̃:q2 furtũ ꝯmittit. mala ãt ñ sr̃ faciẽda ꝯpẽsatõe bõi i. q. i. ñ ẽ putãda. i 4. q. 5. forte 32. q. 4. sicut. 22. q. 2. primũ. vide. i. peculiũ. in fi.

¶ Utꝛ nouitiꝰ possit eligi i p̃latũ? ℞o. Ad abbatiã vel prelaturã religiõis eligi ñ potest mi

si expresse profess⁹. ad epatum vo dū tñ al' sit idone⁹ eligi pōt. Et nouiti⁹ et ñ exp̄sse professus ex de elec. nullus. libro. 6.

Utrū nouiti⁹ licite possit ordinari? R̄o ẜm Ray. Nec primā tonsurā nec aliquē minorē ordinē recipe dz: donec probat⁹ sit. ar. 19. q. 3. mōasteriis. hec Ray. ⁊ gof. Sz qd in ipo. c. monasterii dr̄ q̄ expectandū est p bienniū. dicit Guil. Credo q̄ ex quo recepti sūt ad professionem legitime vel hiti pro professis eoipo hēant pro probatis et ordines possint recipe. satis Cō. Host. Qd pcutiēs nouitiū excōicat⁹ est. hr̄ ẜ excōicatio. 2. §. 21. qui incipit. Quid si verbēt de mā ēt nouitioꝝ hn̄t p̄la. ī. r̄ligio. 2. Et si nouitio erat bn̄ficiatus qd fiet de bn̄ficio. uide infra religio. 2. §. xi. q incipit vi. ꝝ episcopi.

Nuptie. De tpe q̄⁹ prohibentur nuptie hr̄ ẜ impedimentū. 17. Et d' p̄ribus aliis q̄ ipediūt nuptias satis dictū est ẜ impedimētum primo. cū. c. se. item ad nuptias pertinēt ea q̄ dicta sūt ẜ matrimoniū prio cū oib⁹. c. ibi se.

Utrū nuptie secūde sint bn̄dicende? R̄o ẜz Ray. Uir ⁊ mulier transiens ad bigamiaz nō debet iterum a presbytero bn̄dici ex de secū. nup. vir autem Aliter presbyter qui talem bn̄dictionē celebrauerit suspēsus a bn̄ficio debz ad sedē aplicaz mitti. ex de secūdis nup. c. prio Et hoc itellige ẜm guil. ⁊ gof. nisi de cōsuetudine alicuius ecclesie aliter obtineret. qz tunc posset sine piculo bn̄dictio iterari de pe. di. 3. §. ex persona. Quin etiam ẜm Tho. in. 4. di stin. 42. cū dr̄ q̄ secunde nuptie non debēt bn̄dici. ite ligit̄ qn̄ tāc ex parte viriq̄z ex parte mulieris: uel saltem ex parte mulieris sūt secunde. Si autē vgo cōtrahit cū illo qui habuit aliam uxorē nihilomin⁹ nuptie benedicentur. Saluat̄ eniz ibi aliquo mō significatio. Cō. cū hoc Ber. De nubente infra tp̄s luctus ẜ. lex. §. 9. v. 7.

Obediētia primo cōiter an sit virtus? R̄o ẜz Th. secunda ẜe. q. 104. Est quidē vtus moralis: cui⁹ sp̄ale obiectū est preceptū tacitū vel exp̄sū. Uoluntas eni supioris quo cūq̄z mō inotescat ē quoddam tacitum preceptum. et tāto ui detur obedientia promptiō q̄z to pl⁹ pucit preceptuz exp̄ssū.

Utrum obia sit maria vtutum? R̄o ẜm Tho. ubi ẜ. Uirtutes theologice. s. que deo ẜz se

inherent ſunt potiores uirtuti
bus moralibus quibus aliqd
terrenum contēnit:ut deo ihe
reatur. Inter uirtutes autem
morales tanto aliqua eſt potiō
quanto magis aliquid contē-
nitur vt deo inhereatur. Sunt
āt tria genera bonorum q̄ hō
poteſt contēnere propter deū
quorum infimum ſunt exterio
ra bona: medium ſunt bōa cor
poris. ſupremum autem bona
anime. Inter que quodammō
precipuum eſt uoluntas: inquā
tuz ſcilicet per uoluntatem hō
omnibus aliis bonis vtitur. et
ideo per ſe loquendo laudabi-
lior eſt obie ɉtus que propter
deum cōtennit propriam uolū
tatem q̄z alie uirtutes morales
que propter deum aliqua alia
contennunt. Unde Greg9 vlt.
moral. Obia victimis iure pre
ponitur q2 per victimas aliena
caro: per obedientiam uero uo
luntas propria mactatur.

¶ Utrum ſubditi teneantur in
omnibus ſuis ſuperiorib9 obe
dire? Reſpondeo ſecūduz Tho
vbi ſupra. Dupliciter poteſt cō
tingere ꝙ ſubdit9 ſuperiori ſuo
non tenetur obedire. p° modo
propter preceptum maioris po
teſtatis. vnde ſuper illud Ro.
13. Qui reſiſtunt poteſtati ipſi ſi
bi dānationem acquirunt dicit
glo. Si qd iuſſerit curator: nun
qd faciēdū ē ſi ꝯtra cōſulē iube
at. Rurſus ſi qd procōſul iubeat
⁊ aliud īperator: nūqd dubitat
iſto ꝯtēpto illi eē ſeruiēdū. g° ſi
aliud īperator aliud dn̄ſ iubeat
ꝯtēpto illo obtēperādū ē deo. ⁊
ad idē facit illd act. 4. ſi iuſtū
ē uos poti9 audir̄ q̄z deuz iudi
care. ⁊ di. 8. q̄ ꝯtra mores. xi. q.
3. q reſiſtit ⁊. c. nō ſēper. Ubi di
cit glo. ꝙ inferior nō ſoluz obe
dire nō dz cū preceptuz ē iniu-
ſtū: ſz ēt cū ē ihoneſtū. 2° mō n̄
tenet īferior ſuo ſupiori obedir̄
ſi ei aliqd p̄cipiat i q° ei nō ſub
ditur. Dicit. n. Seneca. 3° d be
nefi. Errat ſi quis eſtimat ſui-
tutem i totum hominē deſcen
dere. pars. n melior excepta eſt
corpa obnoxia ſunt et aſcripta
dominis ſuis: mēs ſui eſt iuris.
Et ideo in his que pertinēt ad
interiorem motum voluntatis
homo nō tenetur homini obe
dire: ſed in his que exterius p
corpus ſunt agenda: in quibus
tn̄ ſecūdum ea que ad naturaz
corpis ptinēt homo hōi obedi
re n̄ tenet. ſed ſoli deo: q2 oēs
hoies natura ſunt pares. vn̄ nō
tenentur ſerui dn̄is nec filij pa
rentibus obedire de matrimo
nio ꝯtrahendo vel uirginitate

seruanda aut aliquo h9i. Sz i his q̄ pertinēt ad dispensatōēz actuū et rez humanarū tenet subditus suo supiori obedire ꝭz rōem supioritatis: sicut miles duci i his q̄ pertinēt ad belluz ⁊ ꝭu9 dño in his q̄ ptinēt ad ꝭuilia opa. et filius patri in his q̄ ptinēt ad disciplinā vite ⁊ curam domesticā: et sic de aliis.

¶ Quid si dubitat subdit9 utrū qd̄ pcipit sit ɔtra deū vł nō? R̄o ꝭm Ray. dz obedire. nisi essz tale in quo uno mō excusaretur ignorantia: puta cōtra articulū fidei pcepta vel prohibtōnes dei: vel contra generale statutum ecclie. Alr̄. n. in dubiis obediendū est: ex̄ de tēp. or. ad aures. Quin etiā bonū sine q9 potest esse salus dz dimitti propter obiaz. xi. q. 3. qd ergo. Cō. Tho. ⁊ Hoff.

¶ Utrū obia i his que qs vłt p se sit meritoria? R̄o. ꝭm Th. secūda secunde. q. io4. Si id qd̄ pcipit sit per se uolitū ⁊ absq3 rōne precepti sicut accidit i prosperis iā ex propria uoluntate tēdit i illud ⁊ nō uidet implere propt pceptū. Sz quādo illud qd̄ pcipit nullo modo est ꝭm se uolitū: sicut accidit in aspris: tūc omnino est manifestū ꝙ nō iplet nisi propt pceptum Et ideo dicit Greg9. i moral. ꝙ obedientia que hz' aliqd de suo i prospis nulla est vel minor q3. s. volūtas propria nō videt principalit tendere ad iplēdū preceptum: sed ad assequendū propriū volitū. In aduersis āt vel difficilib9 est maior: quia propria volūtas i nihil aliud tendit q̄3 in preceptū. Et hoc intelligendum est ꝭz illud quod exterius apparet: Secundū tamen iudicium dei q corda rimat pōt cōtingere ꝙ ēt in prosperis obia aliquid de suo hn̄s non pp hoc sit min9 laudabilis. s. si propria volūtas obediētis nō minus deuote tendit ad implectionē pcepti. Con. M.

Obedientia secū do. s. laicorum. Utrum christiani teneātur secularibus potestatib9 obedire? R̄o ꝭz Th. ubi s̄. Dicenduz ꝙ sic: per fidē. n. christi non tollitur ordo iusticie: sed magis firmat. ordo autem iusticie requirit ut inferiores suis superioribus obediāt alr̄. n. non posset humanaz reruz stat9 seruari. Hāc tū obiaz itellige iq̄ 3tū ordo iusticie reqrit: ⁊ iō si nō hēant iustum principatum sz vsurpatuz vel si iniusta precipiāt nō tenet subditi obedire nisi forte p accn̄s pp euitandum scādalū vel perī

culum. Con. Pe.

¶ Utrū laici teneant obedire prelatis ecclesiasticis? R͂o. secundū Guil. Laici nō tenent obedire prelatis ecclesiasticis nisi i his ad quoꝝ obseruantiā i baptismo se obligauerūt. s. ut teneant verā fidē. s. cum operib⁹ vt abrenūciēt sathane ⁊ omnib⁹ pompis ⁊ opib⁹ eius ⁊ p consequens q̄ʒtum ad omne peccatum vitādum ⁊ spūale bonū prosequēdum. In aliis actibus non subduntur eis nisi inquātum ad ista pertinere vel reduci possunt.

Obedientia 3ª.

s. clericoꝝ. Quibus ⁊ qualr clerici teneant obedire? R͂o. Clerici tpalibus dn̄is nō sunt subiecti nec eis obedire tenentur. Nā laicis nec de clericis: nec d reb⁹ ecclesiasticis disponēdi aliqd cōmissa est facultas: 96. distin. bn̄ quidem ex de consti. eccl'ia. Sʒ prelatis ecclesiasticis indubitant tenent: ut pape: et oibus iferiorib⁹ prelatis suis Nō āt exneis: q: sicut non valʒ snia non sui iudicis: ita nec pceptum: extra de iudi. at si clerici. 7. q. i. q: frater.

¶ Quid si eps mādet sacerdoti ut excōicet illū quē ipe reputat innocentē? R͂o. fm Tho. in quolibet. Aut mandatur sacerdoti sola denunciatio excōicationis: aut ipa excōicatio. Si d nunciatio certe tenet denūciare ex parte epi. Si aūt pcipiat q eum excōicet, tunc si est notoriū illum esse innocentēʒ dʒ corā epo illius inocētiā allegare et probare: et si deficiat in probando dʒ obedire q̄ʒtūcūq3 sciat ei⁹ innocētiā. Si vo legitime probet: nō dʒ obedire: sed recurrere si oʒ ad supioreʒ potestatē. si āt sit dubium obedire tenet. 23. q. i. qd culpatur.

¶ Utrum cleric⁹ teneat obedire epo qui iponit ei q vadat Romā pro negociis ecclie? R͂o fm Ray. Tenet. ⁊ nō valet excusatio dicētis q alii sint magis idonei: q: i talib⁹ legatiōibus non oportet hunc ordineʒ seruare. ff. de lega. l. sciendum §. plt. Nec etiam potest valere excusatio fm Host. propt curā rei familiaris. q: cōis vtilitas preferēda est priuate: ex de postu. pla. bone. prio. Nō tn̄ tenet obedire vt promoueat negocia contra seipm. ut i dicta. l. sciēdū. §. si accusatio.

¶ Pōe q eps pcipiat capellano ut mādet alii clico ut det libros proprios nepoti ipi⁹ epi: l ut rnūciet bn̄ficio: ut q: uult alti pferre vel aliqd h⁹i: nunqd

tenetur obedire? R⁄o. ẜm Ray. Nō ptinet hoc ad epm. 17. q. i. q₂ frat. Et addit. Hosti. ꝙ non tenet cleric⁹ ad obiaȝ de suis rebus dandis. Intelligas sine cā: ar. ex. de cēsi. cū apl's. §. ibi/ bem⁹. 16. q. i. p̄dicator. Itē ad dit ꝙ si cleric⁹ hēns libros in eptus sit: ⁊ eps precipit clerico vt cōmodet clerico bone idoe vt i studio ad qd ip̄ȝ mittit pro ficiat: tūc obediēdum videt q₂ nō mouet ip̄m carnalitas: sed cōis eccl'ie vtilitas. ar. in. d. c. q₂ frat. ⁊ ex̄ d mgr̄is. sup. Spe cula. Et h⁹ itelligas si de bonis ecclesiasticis libri sint acqsiti. alr nō: ex̄ de testa. reqsisti. ⁊ de iurepa. cū dilect⁹. §. nos igitur

